



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

100. An, si tempore acceptæ possessionis vel immediatè pòst, seu in limine legitimæ possessionis non molesteris super possessione vel titulo, eo ipso censearis obtinuisse beneficium, & possessionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

tionem secundi pacificè obtenti. *Less. de iustitiâ. l. 2. c. 34. n. 141. Garc. loc. cit. n. 107. citans Innoc. in c. in nostra. de rescrip. Navar. conf. 14. n. 1. de prob. Rebuff. in pr. tit. de tacitâ renunc. & expressam declarat. S. Congreg. ad c. 17. sess. 24. Trid. quòd si tamen obtento titulo unius beneficii absque illius possessione obtineat quis secundum litigiosum, & priusquam efficiatur hujus secundi possessor pacificus, accipiat possessionem pacificam istius prioris, non propterea vacabit illud secundum litigiosum; cum id nullibi in jure statutum sit. *Less. loc. cit. citans Nav. conf. 31. l. 3. de prob. Garc. n. 108. dicens id sibi placere, & videri certum. Pirh. tit. de prob. n. 155.**

Quæstio 100. An, si tempore accepta possessionis vel immediatè post, seu in continenti, & in limine legitime possessionis non molestis super possessione vel titulo, eo ipso censearis obtinuisse beneficium & possessionem in ordine ad hoc, ut ab eo momento vacet prahabitu beneficium; an verò expectari debeat tempus aliud, & quantum illud liberum à litigio & molestatione?

Respondeo: non censeri in ordine ad dictam vacationem primi beneficii mox inducendam pacificè obtentum secundum, quòd immediatè post non reddatur litigiosa & turbida collatio vel possessio; sed expectandum tempus aliquod. *Lott. l. 3. q. 23. n. 19. cum communi, idque, ne, si superveniat lis aliqua, unde possessio possit videri minus pacifica, & indicare periculum destitutionis utriusque beneficii, & consequentis necessitatis mendicandi in opprobrium ordinis clericalis. Lott. loc. cit. Porro ad minimū requiruntur & sufficiunt duo menses ad hoc, ita ut, si intra 2. menses ab accepta possessione molestia seu lis mora fuit, dicatur adhuc in continenti & in limine suo turbari possessio, & per consequens impediri prahabitu vacatio; si verò absque litigio effluerint dicti menses, pacifica censetur possessio, & mox ab eorum lapsu induci vacatio. *Castrop. cit. §. 6. n. 21. Garc. n. 113. citans Lap. in c. commissaria. de elect. in 6. Quintadv. l. 4. n. 8. Hieron. Gabriel. l. 1. c. 193. nu. 7. & Rot. in Toletan. Archidiacon. quam recitat nu. 106. in qua dicitur duos illos menses in benigna interpretatione dari ad dimittendum incompatible, & per lapsum eorum non vacare primum incompatible, si interea supervenisset molestia de secundo: contra Bonifac. in clem. si plures. de prob. n. 63. Mascard. & alios tenentes, quòd quàm diu durat annus, censetur possessio in suo limine; ac ita, ubi quæstio vel controversia mota est infra annum, non censetur possessio pacifica, & sic non vacent priora beneficia: verum hoc minus rectè; deberent enim alios Ordinarii collatores expectare per annum integrum, ut prius beneficium vacans providerent; quod contra stylum & praxin receptum esse dicit *Castrop. cit. n. 21. solet etiam in provisionibus Apostolicis, dum Papa dispensare non vult ad retinenda prahabita, apponi decretum de dimittendo primo infra 2. menses, alias utrumque beneficium vacet, quod decretum inficit titulum & possessionem elapsis istis 2. mensibus. Tond. in qq. benef. p. 2. c. 5. §. 6. n. 23. tradit etiam idem Tond. p. 3. c. 85. n. 8. in Gallia prahabitu incompatible non vacare, nisi post annum adeptæ possessionis pacificæ.***

2. Porro tradit *Garc. n. 114. quòd si lis aut molestia intra illos duos menses nulla supervenerit, censeri vacasse primum, non à puncto temporis, quo hi menses elapsi, sed à principio captæ possessionis. Idem videtur tenere *Castrop. n. 21. in fine. contra Rebuff. & Gabriel. tenentes, re ipsa non dari vacationem ante lapsum istorum duorum mensium, etiam si in eis lis non sit mora, atque ita ait *Garc. nu. 116. collationem & provisionem de eo beneficio prahabito à principio captæ possessionis secundi esse bonam, etsi post 2. menses controversia moveretur de secundo, salvo tamen remedio & beneficio capitis: si beneficia. de prob. in 6. verum quid de hac doctrina *Garcia sentiat C. Luca vide apud eundem de benef. d. 54. n. 5. ubi etiam occasione hujus doctrinæ ait *Garciam esse elaboratum collectorem, sed non magnum doctorem.*****

Quæstio 101. An, ut possessio pacifica secundi beneficii inducat privationem primi, debeat esse fructifera?

Respondeo affirmative: sive id necessario requiri, ut habeat quis possessionem pacificam non solum beneficii seu tituli & exercitii curæ, vel officii annexi beneficio; sed etiam honorum & fructuum beneficii, seu inde queat percipere fructus, aut saltem majorem illorum partem, ita ut, si saltem majorem eorum partem habere nequeat, quia fortè fructus hi applicentur alteri ex privilegio, vel statuto, vel consuetudine, vel alia de causâ pertineant ad alterum, eo tempore, quo hoc contingit, non vacet primum. *Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 9. (qui etiam hoc intendit, etiam si Papa his verbis & expressâ conditione, ut primum vacet possessione secundi apprehensâ, conferat) *Castrop. loc. cit. n. 22. Garc. cit. c. 5. n. 123. citans Hojed, c. 13. n. 48. & 80. Coraf. de beneficiis. p. 1. c. 10. n. 8. & c. juxta expressum textum cap. si tibi concessio. de prob. in 6. & ibi AA. communiter: etsi de cetero stallum in choro, vocem in capitulo habeat; hæc enim non computantur in fructibus ad hunc effectum; cum ex his nemo sustentari valeat, ut inquit *Rota in una Placentina portionis. ult. Maji. 1591. quàm diu enim quis non est in possessione percipiendi fructus, & illi ei non obveniunt, aut quo minus ei obveniant, non stet penes ipsum, non censetur beneficium plenè obtinere. *Castrop. loc. cit. Neque contrarium ex eo inferri debet, quòd pacifica possessio beneficii seu tituli, & liberum curæ exercitium ei annexum, etiam si non percipiuntur fructus, sufficiat ad hoc, ut provisus teneatur intra annum promoveri ad Sacerdotium, & quò minus currat illi hoc tempus; sic enim positivè & specialiter disponitur c. commissaria. & c. licet Canon. de elect. in 6. uti & de hoc est declar. *S. Congreg. sic habens: licet reservati sint fructus in favorem alterius; tamen, non reservati à administratione, nec domo abbatiæ, reservatio non tollit curam; unde tenetur promoveri & curam exercere. *Garc. n. 126. & 127. Hinc, si alicubi (quia fortè non receptum ibi *Trid. & Bulla Pii V. 106. de applicandis fructibus) fructus omnis, vel major eorum pars pro primo vel secundo anno debetur fabricæ, vel alteri loco pio applicentur, intra illum annum vel biennium non vacat primum per obtentionem, & de cetero pacificam possessionem secundi. *Garc. n. 144. ubi etiam expressè loquitur in casu, ubi etiam media pars fructuum primi anni cedit fabricæ, vel aliis pijs********

uibus,